

facile  
rem.

clilorem efficit legem, & mandatorum Dei, quæ  
necessario servanda sunt, observantiam. Etenim  
quocumque in statu sit, nunquam licet illi agere  
ex cupiditate, neque suam sequi voluntatem, at-  
que libidinem. Dei voluntas semper esse debet  
regula nostra non solum in iis, quæ majoris mo-  
menti sunt, & quæ raro accidunt, sed in illis et-  
iam rebus, quæ vulgo vitæ nostræ cursum compo-  
nunt. Cum autem hæc Dei voluntas difficile de-  
tegetur, cumque voluntas propria sæpe divina  
voluntatis sibi arroget locum; æquum nonne est,  
sefe alicui regulæ subicere ex sapientia alicujus  
directoris monito, & consilio, ut nosmet determi-  
nemus, nobisque magis manifestam efficiamus Dei  
voluntatem: certum quippe est Deum, qui omnia  
cum ordine fecit, velle, aliquem a nobis in iis,  
quæcumque facimus, ordinem observari. Neque  
videndum est, eo quod votum nuncupavimus a-  
lia religiose vitæ officia exercendi, posse nosmet  
ab illis dispensare, quæ nobis sunt adjuvamento, ut  
nosmet in pietate, & cultu Dei confirmemus.  
*Essays de Morale tome 1.*

Dici actio-  
nes ordina-  
re valida  
est contra  
vitium me-  
dicina.

Dicere possumus peculiarem hanc regulam, quam  
sibi quisque facile præscribere, & observare po-  
test, præsertim esse contra vitium tot malo-  
rum originem amuletum: quomodo enim vitium  
hoc adeo commune locum habere potest in eo,  
cujus omnes horæ ordinatae sunt, & qui novit,  
quantam in re illas debet impendere? Cæterum  
quemadmodum per hanc ordinem hanc nobis ir-  
rogare debemus legem nihil negligendi, sed pro  
vitiis sedulo perscrutandi ea, quæ debemus, ut  
satis muneri nostro faciamus, omne tempus culli-  
bet actioni debitum impendatur; atque hoc pacto  
neque illa temporis iactura, neque negligentia ul-  
la metuenda est. Si quid autem forte acciderit,  
quod non comprehendatur ordine, quem ipsi nobis  
præscripsimus, ad illa intervalla, & successi-  
vas horas reservatur, quandoquidem non ita stric-  
tum temporis mensura capi potest, ut nihil abun-  
det. *Sermo Manuscriptus.*

Hæc ordi-  
nata vita  
communis  
est via, per  
quam Deus  
pleniusque  
fideliter de-  
ducit.

Cum regularis vita sit plerumque uniformis,  
præsertim vero in familiis, ubi eadem quotidie  
fiunt, & in munere aliquo, vel alicujus magistra-  
tus officio; atque duo hæc longe inter se di-  
stant, agere ex consuetudine, & alicujus rei fa-  
cili ex ordine consuetudinem sibi efformare.  
Agere ex consuetudine est, parum laborare de  
munere suo persurgendo, dummodo imperata  
sunt, quin illa afferatur diligentia, quæ ad ea  
facienda requiritur. Regulam vero, & consuetu-  
dinem efformare singula ex ordine, & suis quæ-  
que temporibus efficiendi, hæc ratio est eadem  
bene efficiendi, quemadmodum ex omnibus arti-  
bus patet, in quibus opifices quotidie peritiores  
sunt exercitatione, cum experientia, & habitus  
sint in causa, ut omnia facilius, perfectiusque  
exequantur. *Idem.*

Ordinata hæc, & regularis vita, quam infiniti  
propemodum Sancti secuti sunt, recta via est, per  
quam illos deduxit Deus. Etenim quamvis nemo  
differri possit, a Deo plures per iniquitatis vias  
deduci, fatendum est tamen hanc omnium esse  
communissimam, atque facillimam. Et profecto  
Sancti omnes neque Eremitæ fuerunt, neque Apo-  
stoli, neque Martyres. Maximus eorum nume-  
rus, quibus hodie coelum repletum est, eorum est,  
qui in terris communem vitam vixerunt. Hi olim  
fuere, quod vos nunc estis: & si eorum vitæ ra-  
tionem, actionesque perpenditis, invenietis eorum  
plerisque, quos ecclesia in Sanctorum albo descri-  
ptos colit, non semper egregie factis, longis la-  
boribus, ac iniquitatis operibus entulisse; sed com-  
muni vita, magistratus alicujus officio, familia  
cura, iidemque muneribus, quæ vos hodie exer-  
cetis. Illud vero in illis peculiare reprehenditis,  
in quo etiam facile eos imitari est, & vosmet ad  
illorum exempla componere, hoc est, quod ad-  
mirabili vigilantia munera obibat sua; quod vitam  
bene institutam, suisque officiis adimplendis  
attentam agebant, quin unquam a proposita sibi  
vivendi norma defecerent. Inter hos etiam Prin-  
cipes, regesque videbitis, quibus statum erat  
pro negotiis tempus, alterum vero pro actioni-  
bus, & exercitiis pietatis; qui ita fieri rationes  
instituerunt, ut illius pars altera in miserorum  
ope, altera vero in republicæ necessitate impen-  
deretur: ibi invenietis etiam Magistratus, viros-  
que vario dignitatum genere coruscantes, qui hæc  
etiam in re ob oculos Dei nituerunt. Omnia in

eorum domo bene erant instituta, personæ ser-  
vi, preces, labor, officia. Omnia ibi prouiderent  
erant disposita, & fideliter adimpleta. Et hæc il-  
la via est facilis, & admirabilis, per quam Deus  
illos deduxit: *deduxit illos in via mirabili, ut Sa-  
piens c. 10. ait, loquens de eo modo, quo Deus  
populum Israel in terram promissam adduxit. Au-  
thor Sermorum in omnia Ethica Christianæ argumen-  
tationis, sermone hujus argumenti, tom. 3. sermonum par-  
ticularum.*

Magna profecto in mortis articulo erit consola-  
tio posse nosmet hoc perhibere testimonium, nos  
non ex libidine, malove consilio hoc illudve fa-  
cinius aggressos fuisse, atque huic, vel illi exer-  
citiis vacasse; sed cum omnes istæ actiones sint  
intra officiorum nostrorum ordinem, nos Dei volun-  
tatem perfecisse, & si quis obrepit error in ea  
ratione, qua illis pertineti fuimus, eas saltem re  
ipsa iustas, & sanctas fuisse. Certi etiam esse po-  
terimus, dies nostros in Dei servitio fuisse tradu-  
ctos, quandoquidem secuti ordinem sumus nobis  
ab illis indignatum, quos nobis præcicit, ut ab  
iis regeremur; & si quid erravimus, semper ta-  
men multum esse, nequaquam cecidisse in ea fla-  
gita, in quæ abnormis & exlex vita nos impul-  
set. Quod si una dies sancte ordinata non solum  
sine scelere, verum etiam cum toto meritis tran-  
sigerit, conjicite, quod gloria pondus, quanta  
mercedis amplitudo vos maneat post finem vitæ  
christianæ, & in jugi bonarum actionum exercita-  
tionem traductæ, quales illa sunt, quæ adeo vibi-  
lem divinæ voluntatis gerunt characterem. *Idem.*

Eito quidem in hac vitæ privata, atque unifor-  
mis ratione non adeo insignes actiones sunt, ac  
alix, quæ alterius voti professionis per se perfe-  
ctioris, quales sunt ecclesiasticorum, & canonicorum.  
Eito non tot affluentibus erogentur elemosy-  
næ, nec frequentes effundantur preces, neque in  
hoc vitæ genere tot exercentur austeritates, quot  
a religiosis viris exerceri consueverunt. Non qua-  
runtur hoc in loco, uter status perfectior sit, atque  
ad salutem utilior; sed certa quaritur ratio nos-  
met salvos faciendi in eo statu, in quo nos Pro-  
videntia constituit: & ajo, hanc esse regularem,  
sedulam, ac fidelem se præbere in observantia  
eorum officiorum, quæ huic inhærent statui; &  
eos, qui perfectiorem, sanctioremque statum am-  
plexi sunt, ut se sanctos, ac perfectos in eodem  
efficiant, in iplo regulares esse; & constantem  
ordinem, quem sibi in eo præscriperunt, sequi  
debere. *Idem.*

Ex quo in vitæ ratione nullus ordo servatur;  
jam effusa licentia vocari potest: neque enim aliud  
facere volumus, quam quod nobis placet, quod  
fere in vitium degenerat; hæc enim sensum de-  
scensus sit. Etenim cum nulli nosmet subicere  
possumus regulæ, ut fidelis status, ac religiosus  
nostræ muneribus persurgamus, quamprimum pro-  
fus excutimus jugum Dei, nosmet dispensantes  
ab illis, quæ inter christianæ religionis officia ma-  
gis austeriora, & cumque idem licentia spiritus  
ubique grassatur, neque a personis, neque a tem-  
poribus pendere volumus, & quamprimum non  
aliam actionum nostrarum normam legemque ha-  
bemus, quam ingenium, libidinemque nostram,  
quæ ubi illa sequamur, quantum mali ferat, ipsi  
nostis. *Idem.*

Qui mundi rumoribus assueverunt, vitam bene  
institutam, ordinatamque tractissimam, ac mo-  
lestissimam putant, verum jurene, an injuria?  
Viri boni in regulari & christiana vita perum  
percipiunt gaudium, ac jugem tranquillitatem: num-  
quid defendi sunt, eo quod morum nequitiam,  
& effrenam sæculi licentiam perhorrescunt? Num-  
quid miseri habendi sunt, quia tumultum vitant  
illi, quos in recessu Deo suavissimis cumulat con-  
solationibus, & quorum penas suaves efficit ea,  
quam super infundit, in cione? Næ illi quidem  
admodum felices dicendi sunt, in hac etiam vi-  
ta, quoniam, ubi sine illa agimus præoccupatio-  
ne, facere non possumus, quin illis invidemus;  
& postquam omnibus voluptatibus perfructi su-  
mus, cogimur ad christiani hominis officium re-  
dire, atque ad illud tanquam unicum bonum,  
quod cor humanum replere valeat, reverti; nimis  
beati, si postquam per omnes jucundissimos  
status transeverit cum Sapiente fateamur, omnia  
super terram vanitatem esse, & spiritus asilictho-  
nem, si Dei charitas abit. *P. Croiset, in christia-  
nis considerantibus.*

Consolatio  
in morte  
ob vitam  
regulariter  
antactam.

In status sui  
officiis re-  
gularem ef-  
ficere certæ  
est ad salutem  
via.

Suavitas, &  
tranquilli-  
tas, quæ in  
regulari, &  
christiana  
vita gusta-  
tur.

vera devo-  
tio est in oc-  
ficio suis  
esse diligen-  
tem.

Diligentiam, quam in voluntatum suarum exe-  
cutione, suorumque præceptorum observantia, ex-  
petit Deus, considerat David exclamat: *Tu man-  
dasti mandata tua custodiri nimis.* Psalm. 118. San-  
ctus Propheta hæc in re sibi satisfacere non poterat;  
& quantumcumque studium ipse adhiberet,  
longe minus videbat esse eo, quod sibi adseren-  
dum fenebat. Cum igitur vera, & solida pietas  
in hac fidelitate consistat, qua divina lex adimpletur;  
inde eruenda est regula, secundum quam to-  
tus interior status, tota devotionis ratio, totaque  
vitæ forma ad examen vocanda est. Omnes enim  
status, devotiones omnes, omnique praxis, quæ  
nos ab officiis nostris advertunt, pravæ sunt. Hoc  
ipsum explicite apud S. Joannem Apostolum Ep.  
1. c. 3. Deus ipse testatur: *Qui dicit se nosse eum  
& mandata ejus non custodit, mendax est, & in  
hoc veritas non est.* Quamobrem hic idem sanctus  
non ait illum, qui frugi est, & magnos habet pie-  
tatis sensus, *justum esse, sed illum, qui omnem  
adimplet justitiam: Qui facit justitiam, justus est.*  
*Essays de morale tome 10.*

A peris  
nosmet de-  
bemus spiri-  
tuali regulari-  
tate nostræ  
regimine.

Maturo induere debemus spiritum ordinis,  
regulæque, ut quæcumque temporibus suis fiant;  
perturbatio spiritus statim actionum perturbatio-  
nem producit. Officium nostrum negligimus, ex  
quo illius obediendi regulam contemnimus. Cæterum  
cum actiones extra suum locum, tempusque  
sunt, id separemento est, nos bonum inter, ac  
malum harere, atque modo hoc, modo illo ad agen-  
dum impelli. Vera semet assuetudini huic spiritui  
ordinis, & regulæ, quæ ad rectam vivendi rationem  
institutam esse adeo necessaria, ratio est semet  
subicere non solum suo rebus in omnibus officio,  
verum etiam ejusdem obediendi modo; hoc est sibi-  
met ipsam præscribere occupationes, sed illas  
sibi præscribere, & servare statim horis, quæ ita  
actiones nostras singillatim partiantur, ut ubi sum-  
matim considerentur, vitam regularem compone-  
re deprehendantur. Cum aliam regulam officium  
in alias transferatur horas ab illis, quæ fuerant  
constitutæ, tota altarum series perturbatur; & hæc  
perturbatio causa est, quod ratio afficitur, quia  
actiones ipsas extra earum locum exturbans illa-  
rum pretium imminuit, ideoque avertit gustum,  
quo eadem peragente assuebamur. Fateor equi-  
dem fieri non posse, quominus a regula proposita  
recedamus, atque inopinatas, nec non necessarias  
res contingere posse, quibus cum ipsius ordinis  
detrimento cedere oportet; sed cum ex necessitate  
regulam relinquimus, ac eandem, ubi liceat,  
non egre, neque gravate redimus. Hoc autem di-  
ci nequit de illis, qui per animi inconstantiam il-  
lam relinquant, non enim solum periculum est,  
ut ad eam revertantur, verum etiam periculum  
est, ne alio unquam tempore faciant id, quod o-  
miserunt eo, quod ad illud faciendum destinatum  
erat. Non longe abest, quominus ille ab officio  
deficiat, qui illud vel ex libidine anteverit, vel  
ex inertia, & relaxatione postponit. *Joan. Pictus in  
libro, cui titulus: Puerorum educatio.*

Nisi pueri huic regulæ consueverint, nunquam  
vel in pietate, vel in scientiis proficerent. Si enim  
certum est, illos hac ætate suo persungi munere  
ex habitu magis, quam ratione, certius adhuc est,  
habitu non nisi per regulam contrahi. Hæc rebus  
in omnibus adeo necessaria est, ut sine illa nihil  
fere perficiatur, vel saltem nihil fiat boni. Hinc

illi, qui suoque ingenio sunt impatientes, & quos  
tædet facile ejus rei, cui manum admoverunt, &  
agunt, quin ullam sibi præscribant regulam, di-  
scere debent, quod cum fieri nequaquam possit,  
ut repente ad exitum ejus rei perveniant, quam  
aggressi sunt, patientia quidem opus est, ut labo-  
rem sustineant, regula vero, ut rite illum absol-  
vant. Non desunt, qui quod plura simul facere  
volunt, vel omnia intempestive conantur, num-  
quam perficiunt, vel operantur aliquid laude dig-  
num. Si vis ergo, pueros cum fructu ad laborem  
incumbere, atque in pietate, ac scientiis profice-  
re; postquam statutum est, quod ab illis exigis  
fieri, tempus, quo illos facere cupis, eligendum  
est; omnes illorum occupationes ad levissimam  
quantitatem distribuendæ sunt, ac horæ ipsæ ad mi-  
nimum usque momentum dividendæ. Præscriben-  
dum illis est tempus, quod Deo debent impende-  
re, illud, quod in studiis debent transmittere, ac  
tempus solatii, atque prandii; horæque singule hæc  
ratione divise ita fideliter in constitutis exercita-  
tionibus impendendæ sunt, ut enorme factus com-  
mississe se putet, & in veram cecidisse relaxatio-  
nem, qui sine ulla necessitate ab usu sibi præscri-  
pto divertit. *Idem.*

Quam maxime interest, nos incumbere ad con-  
stantis regularitatis praxin, nec non ad officiorum  
nostrorum observantiam ea cura, quæ magis late  
pareat, magisque illuminata sit, quam vulgo esse  
soleat; quippe nobis persuasum esse debet, in hac  
nostram consistere perfectionem, & hanc esse fan-  
ditatem, quam Deus prestolatur a nobis in eo vi-  
tæ statu, ad quem nos Providentia evocavit. In  
virtutis exercitatione facile fallimur, ac sepe ex-  
terna species pro re ipsa sumitur. Non latet, a-  
ctiones jucunda hæc specie ornatas placere, ac mo-  
vere; & ignorare volumus, has coram Deo neque  
meritum habere, nec pretium; quandoquidem sunt  
fallaces, sterilesque fructus ferere superbie, quæ  
uni sibi satisfacere querit. Ne obliviscamur ergo  
regularem vitam, quam virtus regit; miraculo-  
rum esse congeriem. Sapiens inquit hanc veram  
virtutem inier eos etiam, qui profiterentur illam;  
ac vix eam reperit: *Quis est hic? & laudabimus  
eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Eccli. 30. Sed  
affirmare possum regularem vitam, quantumvis  
communem, esse veræ virtutis characterem. *Au-  
thor recens, & Anonymus.*

Docet experientia, homines mundo addictos, &  
qui incipere volunt sese dedere Deo, indigere qui-  
busdam pietatis exercitiis, quæ sibi met succedant  
& quæ statim horis fiant; quæ tunc illis magne  
sunt utilitatis, quantumvis tanta cum perfectione  
non adimpleantur. Hoc signat naturalem mobilita-  
tem ingenii, quod jam pridem evagari consuevit:  
eosque assuefacit in rebus se ipsos torquere,  
quæ non admodum jucundæ accidunt ipsis: nihil-  
que saluti est adeo necessarium, quam inperium  
hoc, quod sensum quilibet in se ipsum acquirit,  
ut faciat, quod faciendum est, non quod facere  
vellet. Hoc implet vacua temporis intervalla,  
per quæ extra semet homo evagatur, non quod  
manifesto periculo ad prisinas consuetudines re-  
vertendi. Regularis hæc praxis, ubi pietatis, &  
religionis spiritu fiat, egregia est pro præterita  
ignavia satisfactio, & oberrima meritiorum, &  
gratiæ pro futuro tempore origo. *P. Surin, tom. 3.  
Dialogorum Asceticorum.*

Veram vir-  
tutis charac-  
terem est con-  
stantis regula-  
ritatis in om-  
nibus suis  
obediendis.

Qui Deo  
servire in-  
cipiant ha-  
bere debent  
ordinata  
pietatis  
exercitia.

# RELIGIO.

Status religiosus, vocatio ad hunc statum, religionis vota, ingressi in religionem professio, & quidquid ad hoc pertinet argumentum.

## MONITUM.

**N**ullum est hoc vulgatum argumentum; nulla enim fere est religioa sodalitas, in qua cum religionis habitus induitur, vel professionis vota emittuntur, non habeatur aliquis sermo, quo illi, qui, vel qua hunc statum amplectitur, ostendatur vocationis eius felicitas, officia eidem inherrentia, eorum obsequiorum necessitas, facilitas salutem suam operandi, & tandem utilitas quanta sit per religionis vota se se divino cultui devovere. Sed inde etiam inferri potest, quanta sit hujus argumenti copia, quod plurimas suppeditat concionum structuras, locos, auctoritates, & egregie dicta ex Sanctis Patribus, ex libris hoc in argumento editis, & ex concionatoribus, qui hoc de re egerunt, deprompta. Quamobrem cum omnia afferri non possint, ea tantum colligere satis esse duxi, quae magis solida, atque utilis occurrerunt.

Attamen de votis, quae omnibus religionis ordinibus communia sunt, generatim duxerunt verba facimus; de paupertate enim, castitate, & obedientia sigillatim sub peculiaribus titulis actum est; & infanti laboris esset, de singulis hic verba facere, quod praestant libri de industria in hoc argumentum continenti. Quod autem spectat ad regulas, & religiosas observantias alibi jam locuti sumus sub titulo regularitatis; ideoque argumentum hoc tam amplum intra iustos fines coarctabimus.

Demum quovis sermones omnes, qui hoc in argumento sunt, ad eos peculiariter dirigantur, qui statum hunc vel ingrediuntur, vel ingrediuntur; illi etiam, qui in mundo vivunt, inde aliquem fructum percipere possunt, si illos hortentur, ut fideles, & vigilantes sint in numeribus suis obediendi, & considerent, cum in majori salutis suae periculo versentur, pluribusque pateant intereundi occasioibus, imitandos illis esse religiosos in solitudine, in terrenarum rerum contemptu, occupationum fuga &c.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Structura.

**I.** In hac S. Matth. 19. verba: Omnis qui reliquit patrem, aut matrem, aut domum, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Caetera religiosa vocationis omittit bona, ut unum illud persequatur, quo reliqua continentur, quod videlicet religiosum statum amplecti cum eo contractum paciscimur, quo ille cultus suo sese devoventi certam regni sui, & aeternae beatitudinis possessionem pollicetur. Polliceri autem certam possessionem dico, dummodo ille status hujus fideliter manera adimpleat. Ad tantum hoc bonum solide probandum, nequaquam opus est multis, fatique puro esse vobis ostendere, illud duobus inniti principiis, quae aequae certae sunt, & manifesta. Primum est, Deum in liberanda fide fidelissimum esse, dummodo ea, quae requiruntur, conditiones adimpleantur. Alterum est, in religioso statu facilitatem esse has adimplere conditiones; unde necessaria illatione consequitur, quod voto sese religiosi vitae ducenda adstringere, hoc est moraliter certum esse salutis suae. Hoc hujus concionis argumentum est, hac partitio.

Pars prima. Primum igitur dico, eum, qui generale cum saeculo divorcium facit, ut se se Deo penitus devoteat, in religionis statu moralem habere salutis, aeternaeque felicitatis beatitudinem, dummodo ipse fideliter omnia suae vocationis munera adimpleat; cuius certitudinis fundamentum est sermo Dei, qui in praestanda eorum, quae pollicetur est, fide diligentissimus est: Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem &c. centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Matth. 19. 1. Hac verba sunt adeo aperta, ut illis alius appingi sensus non possit. Quid autem est promittere, nisi sese obligare faciendae, vel danda alicui rei, quam minime debes? Et si quicumque spondit, fidem liberare tenetur, ne inconstans, vel mendax habeatur; quid tandem erit de verbo Dei, qui illud neque revocatis, neque violare potest? 2. Qui non solum id ore tantum recipit, sed per chirographum suo signatum sanguine; hoc enim verba in evangelio, novoque testamento descripta sunt. 3. Qui non secreto solum promittit, sed voluit, omnes apostolos, discipulosque omnes testes esse hujus promissionis: dicebat ad omnes; quemadmodum sacer textus ait. 4. Voluit, a tribus Evangelistis, qui sunt velut totidem sibi a secretis, in novae legis volumine promissionem haec palam re-

centeri, eamque veluti ex praecipuis ejusdem articulis haberi. Non igitur magis certa habere possumus adeo praeclarae promissionis testimonium, neque magis esse probata potest promissionis fidelitas: Hoc igitur potius adeo veram esse hanc promissionem, ambigere ne licet, quominus ad unquam sit adimplenda? Alioquin Dei illius in supplicem vocandus esset male fidei, & sanctitas eadem iniquitatis nomine damnanda. 5. Neque apostolis tantum, ac discipulis, qui aderant, hoc magnifice recepit Salvator, sed fidelibus omnibus, cuiuscumque aetatis essent, & conditionis: Omnis qui reliquerit &c. Sed facile offendere possumus ab illis tantum, qui religiosum statum amplectuntur, eas adimplere conditiones, quibus praepositis promissio facta est, & ab illis tantum trium votorum observantiam illas ad litteram aspicere, & perfectissime adimplere. 6. Neque propter fidelitatem duxerunt, & bonitatem suam tenetur Deus fidem praestare; verum etiam ex S. Hieronymi, plurimorumque Doctorum sententia, per quamdam iustitiae speciem tenetur: haec enim est species contractus ipsam inter, & creaturam initi, & contractus onerosi pro eo, qui sese Deo mancipat, qui omnia relinquit, qui propter illius amore rebus omnibus abrenunciatur, qua proposita conditione Deus regnum suum illi se daturum pollicetur. Aequum igitur est, utrique servari fidem; quod innuere voluisse videtur Apostolus Petrus, cum Salvatori, qui hoc promiserat, reddidit: *Eccae nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis?* Matth. 19. Adimplevimus Domine ea, quae dixisti, ac postalasti, quam ergo nobis ideo mercedem retribuere? Hoc unum metuendum est, ne qui se se devovet, ut Dei filium sub adeo gravibus & onerosis conditionibus sequatur, eas minime servet, ideoque Deus promissam fidem praestare non tenetur. Ut autem vos excitem, ut quantum in vobis est, fideliter illas servetis, ostendam, haud osero sum esse has servare conditiones, quae ius votorum tribuunt mercedem hanc repositendam; & quantum difficile est in mundo christianam vitam ducere, & salutem suam operari, tantum facile esse illam in religione operari, ibique felicitatem acquirere; quae pars est altera.

Argumenta adeo aperta, & manifesta sunt, ut simplex satis fit expositio, ut hac veritas innotescat: 1. quia nullus illic invenitur obex virtuti, & sanctitati, nulla negotiorum impedimenta, quae mentem avertant, nulla occasiones, vel praeva exem-

empla, quae in crimen impellant. Mundum relinquentes relinquimus simul quid efficit mansuetudo illius contagionem, & omnibus, quibus ille refertus est, periculis liberamur. Hinc fit, ut qui in mundo vivunt, & Deo fideles esse cupiunt, saepe religionis invideant hominibus, eo quod illi illis expediti sint curis, quibus illi carere non possunt. 2. Quia valida habent bonum operandi subsidia; bona exempla, fere jugis oratio, bonorum librorum lectio, superiorum vigilantia, exhortationes, Sacramentorum frequentia &c. 3. Quia huic statui peculiare inhaerent gratia, atque subsidia. Finis denique faciendus est eum, qui hunc amplectitur statum, hortando, ut his uti velit adminiculis, eique felicem electionem gratulari.

**II.** Idem assumi potest argumentum, & aliter efferi, ostendendo, quod religiosum statum amplecti, ejusque officia diligenter obire nota est praedestinationis, quae in hac vita haberi potest certissima; ubi pro concionis partitioe ea desumpta possunt Apostoli ad Rom. 8. verba: Quos Deus praedestinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & justificavit; quos autem justificavit, illos & glorificavit: vocatio ad statum sanctitatis, perfecta justificatio, quae fit per remissionem peccatorum, certitudo gloriae immortalis, quae nobis est destinata. Hac in religioso statu certius, quam alibi invenitur.

1. Quos Deus praedestinavit, hos & vocavit. Quia cum aliquem ad hanc vitam statum evocat, ideo vocat, ut vitam ducat conformem vitae Salvatoris, qui est praedestinationis exemplar: Quos praedestinavit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui, Certissima igitur aeternae beatitudinis acquirenda via est, palam profiteri ejusdem perfectionem praereliquis fidelibus imitationem. Quid autem est paupertatem, castitatem, & obedientiam vivere, quam in se perfectam Salvatoris imaginem exprimit? 2. Quos vocavit, hos & justificavit. Hac maxima est moralis certitudo, quam de justificatione nostra, videlicet peccatorum veniam habere possumus; etenim per hoc perfectam viae nobis ferimus conversionem relinquentes mundum, ut nosmet divini cultui devoteamus, & ex Patrum, Theologorumque sententia hic alter est baptismus, quo omnia peccata nostra, ut loquuntur, quoad poenam, & quoad culpam delentur, idque per meritum adeo propter actionis; quam ob causam non secus ac propter alias martyrio comparatur. 3. Et quos justificavit, illos & glorificavit. Deus eminentem pollicetur in regno suo sedem illis, qui omnia propter ejus amorem reliquerunt: *Sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel*, Matth. 19. quod Patres, atque Theologi communiter apostolis, & religiosi esse testantur; quia eandem praesertim animi constantiam, eandemque peragunt actionem, quae mercedem eandem meretur.

**III.** In alium hunc locum, ad Galat. 6. *Mibi mundus crucifixus est, & ego mundo, ostendi potest mentis, & cordis affectio, quam habere debet religiosus erga mundum, quem relinquit. Ea vero duobus in rebus consistit.*

Prior est, in sensibus, quos habere debet de mundo, illum tamquam crucifixum cogitans: *Mibi mundus crucifixus est*. Videlicet: 1. debet illum, ejusque bona, honores, & voluptates contemnere, omniaque illius placida perhorrescere; 2. nullam unquam cum illo consuetudinem habere, & inimicum putare, nisi fortasse, ut convertatur: *Millum tamquam a Deo maledictum respicere*. *Maledictus, qui pendet in ligno*, ad Galat. 3. quia per scelera, quae illic patrantur, in se Dei maledicta detorquet.

Altera: *Et ego mundo*. Religiosus vicissim nullo in discrimine habere debet, quid de se mundus sentiat. 1. quod ipsum tamquam mortuum hominem putet, eumque oblivioni tradat, quod nulla ipsius ratio habeatur; 2. quod putetur tamquam insipiens, & contemptus, odii, & contumeliarum obiectum fiat; 3. quin immo religiosus cruces, & humiliaiones, quibus illum mundus persequitur, tamquam partem suam esse ducat.

**IV.** In hac S. Matth. 16. verba: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. Paucis his verbis eorum continentur officia, qui in religionis statu sese Deo mancipant. 1. *Abneget semetipsum*. Qui hunc statum ingreditur, omnino abneget semetipsum, suae abrenunciatur voluntati, libertati, desideriis, *Haudry Bibl. Tom. IV.*

studii maxime naturalibus, ipsi etiam mentis luminibus, ut alienam tantummodo voluntatem sequatur; atque se ipsum hoc abnegans pacto integrum, & absolutissimum sui ipsius offert sacrificium, & absolutissimum sui ipsius offert sacrificium. 2. *Tollat crucem suam*. Gerit crucem suam crucem, & Deo fideles esse cupiunt, saepe religionis invideant hominibus, eo quod illi illis expediti sint curis, quibus illi carere non possunt. 2. Quia valida habent bonum operandi subsidia; bona exempla, fere jugis oratio, bonorum librorum lectio, superiorum vigilantia, exhortationes, Sacramentorum frequentia &c. 3. Quia huic statui peculiare inhaerent gratia, atque subsidia. Finis denique faciendus est eum, qui hunc amplectitur statum, hortando, ut his uti velit adminiculis, eique felicem electionem gratulari.

Religionis status pluribus in rebus secularium conditioni praestat, sed habet sua propria, & particularia officia. Ex duabus hisce rebus duplex fieri potest pars orationis. 1. Bona haec ad tria potissimum redigi possunt, quibus alia continentur; videlicet ad immunitatem curarum, sollicitudinum, & impedimentorum mundi, quae perturbant requiem bonorum, cor eorum partiantur, prohibentque, ne Deo penitus vacent; ad secessum ab omnibus salutis periculis, in quibus homines plerique versantur; ad subsidia, quae in hac vita suppetunt, ducendi vitam magis innocuam, & exercendi virtutes, quae aeternam beatitudinem nostram certam efficiant. 2. Obligaciones, & officia huius statui inherrentia, videlicet quam diligentissime adimplere tria vota, quae culibet religioso ordini communia sunt; per votum paupertatis omnibus tercia bonis abrenunciare, & abdicare ius, & spem alia bonis imperpetuum possidendi, atque generatim secerbis omnibus exuere; per castitatis votum nunciare omnibus voluptatibus jugi mortificatione; ac tandem per obedientiae votum libertatem, & voluntatem abnegare, ut rebus in omnibus alienam sequaris.

In hac S. Pauli ad Coloss. 3. verba: *Mortui estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo*, ostendere possumus, religiosum esse in mortis statu erga mundum, sed in Deo, & propter Deum vitam vivere multies beatorem. 1. Mortuus est mundo; quemadmodum enim mortuus necessario a rebus omnibus, a vita hujus bonis, a consanguineis, & affinis separatus est, religiosus per mortem voluntariam se ipsum ab his omnibus separat; hac est rerum omnium abnegatio. Praeterea civili jure mortuus est, non recesserat amplius inter homines, omnibus exutus dignitatibus quas antea obtinuerat; nullum amplius gradum servat, culibet publico muneri impar; nullum amplius commercium habere, nullam hereditatem adire potest; verbo, in mundo est, quasi non esset amplius. Tertio suffert quamdam mortis naturalis speciem per jugem mortificationem, quae jejuniis, vigiliis, aliisque corporis austeritatibus extremum praervertit diem. 2. Sed vicissim religiosus suae vocationi fidelis, qui sollicite suum munus adimplet, vitam vivit spiritualem profus sanctam, atque divinam, per hac Apostoli verba expressam: *Vita vestra est abscondita cum Christo in Deo*; vitam nempe in Deo absconditam, & quae tota Deo est devota, qualis fuit vita Jesu Christi. Primum enim non vivit nisi propter Deum, pro cultu illius, ut eum laudet, atque glorificet. Secundo vivit vitam gratiae, & charitatis, quae vita est divina, cuius principium Deus est, & cuius motus tendunt in Deum; vitam denique, quae facit filium Dei modo profus peculiariter. Tertio vitam ducit tranquillam, immunitem ab omni praeva conscientiae turbulenta, & in spe vitae aequae immortalis, beatae aeternitatis.

Comparatio jugi filii Dei cum jugo mundi. Jugum, quod mundus servis suis injicit, grave, & onerosum est: quod ostendendum est inductione difficultatum legum illius, quibus mundi sectatores se se subjiciunt, cum interea Jesu Christi jugum suave sit, & leve: *Jugum meum suave est, & onus meum leve*. 2. Mundi jugum turpe est, & turpe enim est suis obsequi cupiditatibus, cum e contra gloriosum sit se se jugo Salvatoris subicere, propter quod supremum jugum efficit, ut gaudemus libertate filiorum Dei, cum e contra mundi jugum crucem inferat nobis, omnemque auferat libertatem. Illud nos liberat ex tyrannide peccati, cui mundus eos subjicit, qui sibi interviciunt; nobisque certam facit libertatem beatorum in caelo, quam nobis pro illa, quam in terris ei devoteamus, remuneratur.

Triplix bono, quod Religionis in se continet beneficium, homo triplex solempne votum emittens

respondet triplici heroica actione, qua fidem suam gratia pollicetur. 1. Si liberat Deus animam ex mundi laqueis, & infidus, hanc illi vicissim sacrificium quiddam illecebrarum mundus habet, ut cor humanum alliciat. 2. Si Deus illam tradit in statum, qui tutus est portus, atque virtutis perfugium, hanc vicissim omnem hujus status rigorem, & austeritatem amplectitur. 3. Si Deus factum illi praebeat religionis aditum praevenerit illecebra gratia, ipsa vicissim illius exitum obstruit voto, quo illud perficit sacrificium, quod offert Deo. Ex P. Cheminai tomo 1. puncto secundo sermonis ob religiosam professionem habitam.

IX.

Sanctorum patrum, doctorumque sententia est, religiosum vota emittentem verum perficere sacrificium. In Scripturis autem tria sacrificiorum genera inveniunt, quae iussit Deus in lege veteri offerri sibi, ut vera exhiberet sacrificia, quae Christiani Deo possunt offerre. Prima species est holocaustum, in quo ad supremum Dei in omnia creata constituendum imperium vicima omnino absumebatur, idque praestantissimum inter omnia sacrificia, antonomastice cultus, pietatis, & laetiae sacrificium appellabatur. Hoc illud sacrificium est, quod religiosus facit; se se totum immolat Deo, exteriora quidem bona per paupertatem, corpus vero per castitatem, voluntatem denique per obedientiam.

Altera sacrificii species erat Sacrificium pro peccato; quo nomine in Scripturis vocatur Sacrificium satisfactionis, & poenitentiae. Cum enim magna sit hominis fragilitas, fieri non potest, quo minus aliquando leges Domini infringens illius subeat indignationem. Sed per oblationem, quam religiosus facit Deo per vota sua, satisfacit pro peccatis omnibus, ut docent Doctores, & se in perfectae poenitentiae statu constituit.

Tertia species est sacrificium, quod pacificum, vel eucharisticum dicebatur, quo aliquis suam agnoscens egestatem, & liberalitatem Dei, ab eo aliquod petebat beneficium, vel ob ea, quibus auctus fuerat, ei gratias agebat. At plura ne a Deo impetrari possunt beneficia, plures illi ob accepta gratia postulat haberi, plures illi deferri laudes, quam nosmet cultui illius devovendo, ut perfectus omnibus muneribus nostris perfungamur? Ex Abbate Verjo. sermone habitum dum monialis quaedam religionem ingredere.

X.

Cum aliquis religionis habitum induit, assumptis pro themate verbis, quae Scriptura de muliere forte dicit: Fortitudo, & decor indumentum eius, duo possunt ostendi: 1. Habitum religionis fortitudinem esse gerentis illud; hic enim quomodo ipsum induit Jesum Christum, ut Apostolus loquitur. Hic illius, ut ita dicam, gerit insignia, ideoque sub eius praesidio confugit, eumque cogit, ut se contra salutis suae inimicos tueatur: 2. Decor est, & maximam illius gloriam constituit propter honorem, quo fruatur ad Deum pertinenti, ac ferendi insignia Regis illius, qui in caelo, terraque dominatur. Ex Auctore sermonum in omnia aetate Christianae argumenta tomo 4. quinta partis peculiare sermones continentis: in sermone hujus argumenti.

XI.

De religiosa vocatione. 1. In priori puncto amplificari potest gratia a Deo illi collata, quos ad statum adeo sanctum, & saluti utilem evocat. 2. In altero; quid vicissim exigit ab illis, ut beneficii hujus magnitudinem respondeant. Ex eodem.

XII.

Pro religiosa professione assumptis pro themate illis Deuteronomii verbis: Dominum elegisti hodie, at sit tibi Deus, ut ambules in viis ejus, & obedias ejus imperio. 1. Dominum elegisti, ut sit tibi Deus. Ostendi potest, quemadmodum per religiosam professionem nosmet Deo integre, & sine ulla exceptione devovemus, ita inveniri, & perfectus possideri post integram terrenorum bonorum abnegationem; cum in mundo semper divisi, atque impediti simus. 2. Illic incedi per eas vias, quas ipse nobis Salvator indigavit, per crucem, sensumque mortificationem; cum interim in mundo per latam viam homines ingrediantur. Ut ambules in viis ejus. 3. Ibi tandem fieri voluntatem Dei, & diligenter illius mandata servari, per obedientiam, quae efficit, ut ipsam voluntatem nostram abnegemus: Ut obedias ejus imperio. Ex eodem.

XIII.

De votorum instauratione, ubi duo possunt ostendi. Primum. Votorum instaurationem religiosus esse

necessariam, ut se praemuniat contra relaxationem, quae sensum, & sine sensu in religiosas domos obrepat. Alterum: necessarium esse, ut ex languoris flatu, in quem cecidimus, emergamus, Idem.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, ex quibus hauriri potest copia ad propositas sermonum structuras exornandas.

Augustinus de moribus ecclesiae cum laude verba facit de statu religiosorum, veterumque canonicorum.

Idem serm. de instruct. monach. tradit vitae solitariae principium, & quinam primi fuerint illius institutores.

Idem Epist. 38. ad Latam loquitur de conlanguinis, affinitibusque in religiose statu abnegandis.

Idem in hac verba Apocalypseo: Utinam calidus es, vel frigidus, declinat contra inertes religiosos, sua negligentis officia, & spiritui vocationis suae non respondentes.

Idem in Psalm. 44. ostendit, parentes prohibere non debere, quominus filii religiosum statum amplectantur.

Idem vel auctor sermonum ad fratres in eremo docet religiosus plura sustinenda esse martyria.

Idem in Psalm. 99. docet, Dei servitutem veram esse libertatem.

S. Hieronymus in catalogo Scriptorum ecclesiasticorum refert, quod Philo Judaeus ait de ecclesia, vel ecclesia, quam S. Marcus instituerat Alexandriae, & quomodo primi illi christiani vivebant.

Idem Epist. ad Heliodorum ostendit, quam constantiam, & fortitudinem prae se ferre debet, qui religiosum statum vult amplecti parentum lacrymas, illecebrasque contemnens.

Idem Epist. ad Pammachium docet, eum, qui propter Deum sese honoribus, & dignitatibus abdicat, longe gloriosorem, & honoratorem esse, quam si eas retineret.

S. Augustinus in Psalm. 99. describit exercitia, vitamque eorum, qui vivo suo in communi vivebant.

Idem in Psalm. 132., & in hac verba: Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum, docet his verbis religiosam communitatem factam fuisse.

S. Ambrosius Epist. 82. ad Verellensem ecclesiam vitam religiosam bona describit.

S. Gregorius l. 8. moral. c. 25. describit saecularium tumultum, & sollicitudinem, nec non pacem, ac tranquillitatem eorum, qui religiosum statum amplexi sunt.

Idem l. 5. in Libros Regum ostendit, vitam religiosam viam esse breviorum, tutioremque ad aeternam felicitatem.

Idem in lib. 2. Reg. ostendit, quam gloriam religiosi ex mundana gloria contempta recipiunt.

Idem in Praef. Dial. testatur dolorem, quo affectus est, eoquod monasticum relinquere statum debuisset, ut pastorem curam susciperet, & tunc persequitur eam felicitatem, qua priori in statu perfruebatur.

Idem lib. 4. in Reges docet diligenter tentandam esse probationem eorum, qui religiosum statum amplecti volunt, & in libro primo palam verba facit de votis religionis, & lib. 5. de singulis peculiariter differt.

Idem tandem elogium elucubratus est religiosi status in Oratione duodecima.

S. Basilus in Instit. mon. loquitur de hujus status praestantia, & dignitate.

Idem in Regul. Jul. disp. quae 4. ostendit iis, qui illos amplexi sunt, praestantissimas quaslibet virtutes esse exercendas.

Idem cap. 22. Const. monach. ostendit, ei, qui post maturam deliberationem statum hunc ingressus est, illie esse perseverandum.

S. Gregorius Nazianzenus Orat. in laudem Basilii, & in Carm. ad Hellem. & in Orat. 1. ad Julianum loquitur de admirabili vita religiosorum aevi sui.

S. Joannes Damascenus in historia Josephi pulcherrimum habet vitam religiosam encomium.

S. Chrysostomus lib. de sacerdotio ostendit eum, qui ad religiosum statum evocatus est, flecti non debere parentum precibus, & blanditiis.

Idem tres edidit libros contra vitae monasticae vituperatores.

Idem in c. 2. S. Matthaei populo proponit exemplum solitariarum Aegypti, & praesertim S. Antonii.

Idem in cap. 21. S. Matthaei vitam saecularium comparat cum vita cenobitarum, & eremitarum, quam late describit.

Idem

Idem in cap. 25. ejusdem evangelii loquitur de sanctitate solitariarum, & docet, exemplum eorum nobis imitari debere hororem fastus mundi.

Idem tandem in tertio libro Apologiae, quam pro religiose edidit statu, describit felicitatem, quae ibi invenitur, & vitam, quae ducitur.

S. Leo Sermon. de Jejunio 7. mensis ostendit utilius esse servire Deo in communitate eorum, qui religiosam vitam profitentur, quam in mundo vivere.

Cassianus l. 5. c. 4. ostendit, quibus gaudeant bonis, qui in communitate vivunt, praeter reliquos.

Idem collat. ultima, capite ultimo loquitur de centuplo religiosus promisso.

S. Bernardus librum edidit de bono religionis.

Idem sermone in hac verba: Ecce nos reliquimus omnia, ostendit eos, qui omnia reliquerunt, ut Jesum Christum sequerentur, quemadmodum religiosi faciunt, populos esse iudicatos.

Idem serm. 1. de dedicat. eccles. ostendit, religiosum indigere ditione gratiae, ut status sui muneribus pertungatur.

Idem sermone 1. in cantic. sacrificium, quod religiosi faciunt se Deo consecrantes, cum Abraham comparat sacrificio.

Idem homil. super simile est regnum caelorum homini quaeerenti bonas margaritas; hac verba religiosus applicat.

Idem serm. de quinque negotiationibus sanctae religionis describit officia.

Idem serm. 3. de Ascensione, ostendit religiosos, qui mundi consolationes inquirunt, Dei consolationibus carere.

Idem serm. 2. de 7. misericordis, & in serm. contra pestem vitium ingratitude, docet religiosos Deo plus debere, quam ceteros.

Idem sermone eodem illorum illusionem ostendit, qui putant satis esse religionis habitum deferre, & in Monasterio vivere, ut salutis suae certi sint.

Origenes, homil. 14. in Numer. ostendit eum, qui Deo in religiose statu se ipsum devovit, omnia illi dedisse, nihique ipsi superesse Domino ostendendum.

S. Laurentius Justinianus lib. edidit de monach. praefat.

S. Thomas in Opusculis, opuscul. 19. contra impugnatores vitae monasticae religiosi status habet apologiam.

S. Bonaventura in opusculis tom. 4. loquitur de progressu a religiosus in virtute faciendo.

S. Ephrem plures habet ad religiosos adhortationes. Albertus Magnus librum edidit, qui Defensivum mendicantium vocatur.

S. Bonaventura librum scripsit, qui inscribitur, Apologia pauperum, ubi sub pauperum nomine causam agit religiosorum mendicantium.

Libri de imitatione Christi l. 3. c. 11. Thomas a Kempis in serm. 2. ad fratres ubi religiosae vitae bona describit.

Trithemius de religiosae vitae laudibus. Geron de perfectione status religiosi parte 2.

Hieronymus Platus de bono status religiosi, ubi solide pertractatum occurrit, quiddam pro statu religioso dici potest.

Dandinus in libro, cui titulus: Ethica Sacra, tractatum edidit duodecim capita hujus argumenti continentem; & item tractatum de votis in octo capita divisum.

Jacobus Alvarez de Paz. tom. 1. tract. 1. de incantamentis religiosorum ad vitam instituendam. Suarez de religione.

Bellarminus lib. Controvers. Raynerius, titulo Religiosus, in Pantheologia. Leonardus Lessius de iustitia, & jure l. 2. c. 41. Lancicium opuscul. 1. Alphonsus Rodriguez eximium edidit tractatum de votis religionis, in parte 3. praxi perfectionis. Lucas Pinelli alium edidit ejusdem argumenti. P. Sainjure integrum edidit volumen, cui titulus: Homo religiosus.

instituto, parte 5. cap. 10. agit de statu religioso. P. Ludovicus a Ponte in meditationibus in fidei mysteria parte 6. medit. 46. & 48.

Libri cui titulus: Conduite Chretienne dans les actions principales de la vie; sermo est de praecipuis vitae religiosae officiis.

P. Croiset in spiritualibus considerationibus. P. d'Avril in libro, qui inscribitur: Les Saints, & heureux Retours sur soi meme, tomo secundo, ubi de illis sermo est, quae facienda cum religionis habitus induitur.

P. Novet in recessibus, quosdam habet pro religiosi.

Infiniti sunt aeterni libri, ubi sermo est de statu, & officiis religiosi, sed immensi operis esset omnes recensere.

Cum plurimi sint concionatores, qui hoc argumentum tractant, & nemo fore sit, qui aliquem non habeat sermonem pro ingressu in religionem, aut pro aliqua professione, eos tantum & recentibus astraam, qui mihi facile occurrerunt.

Flechner sermone cum monialis quaedam religionis habitu indueretur, inter Panegyricos. Abbas Trappensis tomo 4. collationum, unam habet pro votorum instauratione.

P. Massillon tomo 1. sermonum sub ejus nomine editorum, sermone pro solemnique quadam professione.

P. de la Rue tomo 2. sermonum sub ejus nomine impressorum, sermone habito cum monialis religionem ingredere.

P. Cheminai tomo 1. duos habet de religiosa professione sermones, ac tomo 3. de tribus votis religionis.

Abbas Verjus in panegyricis tres habet eorumdem argumentorum sermones.

In sermonibus, qui inscribantur: Sermones Christiani tomo 3. unum habet de religiosa professione. In eodem tomo alter est ejusdem argumenti.

In sermonibus, quibus titulus: Actiones Christianae; tomo 3. unus est sermo in monialis quaedam ingressum in religionem; & in tomo 3. alter est de religiosae vitae bonis, & de votorum instauratione.

Auctor sermonum in omnia ethicae christianae argumenta tomo 4. particularium argumentorum plures habet hujus argumenti sermones; unum de religiosae vocationis felicitate; unum de ingressu in religionem, duos de professione, duos item de votorum instauratione; unum de paupertate, & de obedientia unum; unum item de regulis, religiosisque observantibus.

P. de la Colombiere tomo 2. duos habet sermones, alterum de ingressu in religionem, alterum de Professione.

P. Bourdaloue duos habet in Sermonibus. Bufzus, de status; de Statu Monachorum. Idem de Voventium statu. Lohner, titulo Religiosus. Spanner Polyant. Sacra tit. Religiosus. Bufzus in Panario, titulo. Votorum violatio. Labatha, titulo Religiosus.

Concionatores recentiores.

Qui collectanea ediderunt.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Egrederet de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstravero tibi. Genes. 12.

Si quis vivorum votum Domino vorerit, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promissit implebit. Numer. 30.

Cum votum voreris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum; si nolueris polliceri, absque peccato eris. Deuter. 23.

Eligite hodie, cui potissimum servite debeatis. Josue 24.

Vota mea Domino reddam in conspectu omni populi ejus. Psalm. 115.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Ibidem.

Domum Dei decet sanctitudo. Psalm. 92.

Elegi abscissus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Psal. 83.

Melior est dies una in atris tuis super millia. Ibid.

Audi

**Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.** Plal. 44.

**Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in secula seculorum laudabunt te.** Pl. 83.

**Vovete, & reddite Domino Deo vestro.** Pl. 75.

**Vota mea Domino reddam in conspectu timentium eum.** Pl. 22.

**Reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.** Plalm. 65.

**Hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam.** Pl. 131.

**Cito deseruerunt vitam, per quam ingressi fuerunt patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria.** Iudic. 2.

**In manu forti eduxit vos Dominus de loco isto.** Exodi 13.

**Beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.** 3. Reg. cap. 10.

**Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.** Eccle. 2.

**Erant tibi compedes ejus in protectionem sortitudinis, & torques illius in stolam gloriae.** Eccle. 6.

**Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio: sed quodcumque voveris, redde; multo melius est non voverere, quam post votum promissa non reddere.** Eccle. 5.

**Ecce quam bonum, & quam iucundum frates habitare in unum.** Pl. 132.

**Populum ipsum formavi tibi, laudem meam narrabit.** Isaia 43.

**Vota voverunt Domino, & solvent.** Isaia 19.

**Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam.** Jerem. 2.

**Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.** Matth. 7.

**Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam!** Ibid.

**Si vis perfectus esse, vende, vende quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & veni, sequere me.** Matth. 19.

**Omnes, qui reliquerunt domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.** Ibid.

**Jugum meum suave est, & onus meum leve.** Matth. 11.

**Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, et sorores, adhaere autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.** Luc. 14.

**Qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus.** Ibid.

**Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, et posui vos ut estis, et fructum afferatis, et fructus vestri maneat.** Joann. 15.

**Obsecro vos, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate.** Ad Ephel. 4.

**Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filii ejus.** 1. ad Corinth. 1.

**Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes.** Ad Coloss. 3.

**Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes.** 2. ad Corinth. 4.

**Jam non estis hospites, et advena: sed estis cives sanctorum, et domicilii Dei.** Ad Ephel. 2.

**Videte vocationem vestram.** 1. ad Cor. 1.

**De tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum, 1. Petri, cap. 2.**

**Mortui estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.** Ad Coloss. 3.

**Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una.** Act. 4.

**Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.** Thren. 3.

**Vocavi te nomine tuo, meus es tu.** Isaia 43.

**Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.** 2. ad Timoth. cap. 2.

**Exempla ex Veteri, Novoque Testamento desumpta.**

**N**on defunt, qui putent Eliam, Eliseum, Rechabitas primos fuisse religiosos, qui in lege veteri perfectiorem quam vulgo homines vitam fuerint professi: sed magis verisimile est eos tantum novae legis religiosae vitae quaedam veluti figuras extitisse, &

Deum, qui semper voluit praemittere specimina quaedam eorum, quae in novo testamento magis insignia erant eventura, in exiguo incomparabili numero virorum numero designate hanc multitudinem Eremitarum, Coenobitarumque, quae ecclesiae gloria, sanctificatio, & columna erant futuri. Neque alia est Sanctorum Chrysofomi, Hieronymique sententia, cum de vitae monastica origine loquentes ejus primordia in ipsis Prophetarum temporibus scrutati sunt.

**Novum probationis genus** fuit, S. inquit Augustinus, etenim ante ea tempora inauditum, cum praecipit Deus Abraham, ut patrio relicto solo ignotam concederet terram, quae non nisi tamquam exilium poterat existimari. Et sane probatio fuit aequae dura, ac inaudita, idem ait, quia qui pacate suis bonis periturus, jubetur longi itineris laborem suscipere, quin sciat, quid sit eventurum. Homo, qui omni honorum genere affluens, cogitur momento pauper fieri, futuras dumtaxat pollicendo divitias, quarum remota erat spes, Praecipitur solum, ut egrediatur, relinquat omnia, & ceterum in Deo confidat, & eique omnem rerum futurarum curam reliquat. Attamen sanctus ille vir non haeret, & adeo gravi, duroque imperio respondet, statim eidem obsecrans, ac sese Domini providentiae penitus tradens. Hoc proculdubio gravissimum est exemplum celeritatis, obedientiae, & fidelitatis, quae obtemperandum est Deo ad religiosum statum vocanti. Omnia in arena relinquenda sunt bona, consanguineis, amici, & quidquid in mundo nobis suavissimum, ut nosmet ipsius providentiae & consilio tradamus.

Animae religiosae oculos conjicere debent in magna illa legis antiquae exemplaria Abraham, & Jacob; nec non considerare rerum omnium egestatem, ad quam admirabiles illi vii sese redegerunt, ut divinae se se traderent Providentiae, quam scienter, quid sibi esset eventurum. Poterit ne in domo Dei zelus, & obedientiae deesse, ubi praesentur sancti illi viri rerum omnium egeni in Deo uno confidere? Poterit ne aliquis eorum in his virtutibus non imitari, ex animo, ut illi, non relinquere domum patris sui, & amoris genitricis suae non adverteri, ut Deum vocantem leatur, & ne ignotis difficultatibus viis, per quas illos deducere Dominus placet, deterreatur?

Quarunt ecclesiae Patres, cur Abraham vinculis in Ara adtrinxerit filium Isaac, antequam illum immolaret; ad quid enim vinciendo victimam, quae non resistit, & quae se ipsam cuncto, & pietatis patris offerit? Hoc factum, dicunt, ut virtutem illius necessitate obedientiae confirmaret. Pater alligat filium; filius se vinculis obtrahit a patre sinit, ne sua libertate abatur. Si liber esset, fortasse gladius aspectus, mortis praesentia, vis doloris efficerent, ut licet invenit aliquantulum oblatretur; quod prohiberet, ne illius sacrificium Deo esset acceptum. Ob eandem causam religiosos, qui Deo offerre vult summissum sacrificium, se se votis alligat, quae totidem sunt vincula, quae illi auferunt libertatem repugnandi, ac impediendi, ne sacrificium suum perficiat.

Ad hoc fuge saeculi, & ingressus in religionem argumentum applicat S. Augustinus responsione, quam tradidit Moyses Pharaoni nolentem filios Israel dimittere in desertum, ubi facris operaturos, eosque cogere volenti, ut in Aegypto illud offerrent sacrificium, quo Deo suo erant litaturi. Hoc fieri nequit, sanctus populi Dei Legislator respondit; nobis enim immolande sunt domino Deo nostro abominationes Aegyptiorum, hoc est eadem animalia, quae tamquam numina adorant, quae si illis inspectantibus a nobis immolarentur, ab illis lapidibus obruerentur. Illi, quos Deus ad evangelicam perfectionem in religione vocat, eodem sermo in statu versantur: Deo sacrificium opus est mundi abominationes, videlicet ea, quae mundus adorat, honores, opes, voluptates, amorem sui; & quemadmodum a mundo cacininis exciperentur, si in mundo permanentes hoc sacrificium pergerent, inde egrediatur, & in Religionis solitudinem concedant opus est.

Ambigi nequit, quomodo ipse Jesus Christus sit religiosi status institutor, & per illius auctoritatem & approbationem in nova lege pererunt, quemadmodum plures sancti Patres, eruditique Doctores ostenderunt. Sed non alius opus est argumentum post evangelii testimonium. Cum enim religiosus essentia in tribus votis consistat, liquet, cum

Abraham, qui iussu Dei terram patriam reliquit, est religiosorum prototypus.

Exemplum ipsius Abraham & Jacob, exemplaria illius contemptus, quo religiosi si terrena omnia negligere debent.

Exemplum Moysis.

Dei Filius auctor, & institutor est huius Religiosi.

Salvator illa suaserit, probaveritque, ab eo religiosum statum probatum fuisse. Et profecto poterat ne magis explicito paupertatem commendare, quam dicendo? *Qui non renunciat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. Quoad castitatem vero scimus illum dixisse: *Sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum.* Matth. 10. Neque minus commendavit obedientiam, cum ait: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum;* Matth. 16. per quam obnegationem obedientiae votum, & virtus intelligentiam fuit. Hac enim exerceri nequit abdicatio, donec non alia fuerit vitae regula, nisi propria voluntas, & integrum erit facere, quod magis placuerit. Cum autem Dei filius ita locutus fuerit de tribus votis singillatim, prout sese illi offerebat occasio, videtur tria simul erant commendasse cum, quemadmodum tres narrant Evangelistae, (Luc. 9. Matth. 19. Marc. 10.) adolescenti ab ipso quaerenti, quomodo vitam aeternam consequi posset, eam tradidit responsionem, quae, ut S. Augustinus animadvertit, vera est vitae religiosae idea; *Vade, quaecumque habes, vende, & da pauperibus; & habebis thesaurum in caelo.*

Cum mundi Salvator Apostolos ad sui sequelam vocaverit, simulque illis voluntatem, & vim contulerit mandatis suis obtemperandi, reliquerunt omnia, atque aures obstruentes illi, quae natura dicere poterat ad hanc adeo celerem, integramque separationem prohibendam, reliquerunt bona sua, artes, consanguineos, amicos, & JESUM CHRISTUM vocantem secuti sunt: *Relictis vestibus, & patre secuti sunt eum.* Matth. 6. Igitur Apostoli fuerunt primi, qui statum hunc adeo purum, perfectumque amplexi sunt, & deinceps hunc eundem spiritum insignis prope mortalis communiant, qui sibi JESU CHRISTI se se subiecerunt. Sed cum temporis decursu fidelium multitudo creverit, exempla, non tam exacta documenta ab Apostolis tradita est eorum corde, non secus ac memoria obliterata sunt. Attamen Deus, qui perfectam hanc puritatem in ecclesia sua voluit fieri, illi semper esse voluit mortales Apostolice repletos spiritui, qui bona sua reliquerunt, & in solitudines se se receperunt, vel in urbibus vitam solitariam, & sanctam seorsim ab hominum commercio duxerunt. Hic fortiter abnegationis rerum omnium se se in Anachoretis, & Coenobitis effudit, deserta loca, & Asceteria illis repleta sunt. Suscitavit Deus Antonios, Hilariones, & Pachomios, qui se illi comites adiecerunt, ut eandem exercerent perfectionem, & in eadem rerum omnium voluntaria egestate vitam traderent. Inde profecti sunt ordines, monasticorum domus, & varia religiosorum genera, qui semper fuerit, hodieque sunt ecclesiae ornamentum, securi consilia, & instituta evangelica, quolibet secundum instituti sui spiritum contendente imitari, vitam Salvatoris mundi, & Apostolorum.

Nihil apertius probat, Apostolorum tempore plures fidelium voto se se obtraxisse ad bona relinquenda, ut perfectum vivendi genus amplederentur, quam exemplum Ananiam, & Saphiram, de quo in actis Apostolorum est sermo. Severa enim poenitentia, qua Deus animadvertit in duos hos mortales in promissionibus suis infideles, palam ostendit, illos magnum patrasse crimen, quod non aliud esse poterat, nisi quod votum a se factum violaverant. Hoc facile intelligi potest ex S. Petri exprobratione; qua ille huius supplicii minister statim corripuit Ananiam; *Anania cur tenuerit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* Act. 5. Anania cor locum praebuit demonis tentationi, ut Spiritui sancto mentiretur, & Deo eriperes partem ejus boni, quod illi promiserat? Re adhuc integra poterat Ananias non promittere Deo omnia bona, neque se se voto adstringere, nec se universa collatum polliceri: sed postquam omnia illi hac promissione devovit, & postmodum retinuit sibi partem pretii, quod ex eorum venditione contulerat, commisit sacrilegium, quod in caput & suum, & uxoris, quae conficia criminis erat, Dei indignationem, atque supplicium pertraxit.

Applicationes quorundam Scripturae locorum huius argumento.

**E**ligite hodie, cui potissimum servire debetis. Josue 24. Hac verba, quae olim protulit summus exercituum Domini imperator Josue populo ac se se il. Israel, ita facta fuisse videntur ad eam, quae nos

hunc in locum coegit, caeremoniam, ut nihil rem-  
pori, quo sumus, aptius, vel ad praeclearam actionem, quam hodie factura es, & cuius ipsi testes sumus futuri, te confirmandam accommodatus afferre posse censuerim. Tempus, quo Dei populus celebrabat Pascha, memoria videlicet beneficii, quo de Aegyptiaca captivitate eruti fuerant, nobis ob oculos statuit felicissimum transitum, quem aggredieris mandatum relinquens, ut religionem ingrediaris, quam Sancti omnes terrae promissa comparant, ubi Deus futurus est hereditas, et possessio tua; & terminus, quem relinquis, vulgo vocatur Aegyptus, ubi omnes alii alio modo captivi sunt; quoniam alios divitiarum servos faciunt, alii gloriae, & honori, quae speciosa servitus est, famulantur, & alii ipsi sibi sua vincula nequiter per affectum, quo voluptatibus suis obsequuntur. Sed eorum, qui Deo serviunt in religione, felicitas est, mundi servitutum deserere, ut aliam longe suaviorem, & gloriosorem eligant, quae imperis omnibus preferenda est, quae supremo Creatorum, terrarumque Domino serviant. Attamen cum non omnes ea intelligant bona, quae in magno huius Domini famulatu inveniuntur, & alii quidem hoc jugum ferre reformidant, alii vero in mundi captivitate sibi complacent, cuius gaudia, & voluptatibus fascinantur; ne sine caute cognitione eum aggrediaris statum, quem es suscepturata, fert animus, eas recensere & ponas, & utilitates, quae in utriusque domini servitute reperiuntur, ut deinde dicere possim, quod olim Israelitis Josue: *Opto vobis datur, eligite hodie, cui potissimum servire debeatis.* Josue 24. Tuum est eligere, & id consilii capere, quod utilissimum existimaveris, quam ob rem primum quidem inter se conferant labores, qui in utriusque domini famulatu perferendi sunt, & mox gaudia, & voluptates, quas nobis uterque suppeditat.

**Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam.** Jerem. 2. Nonne videtur Deus hec Jeremie prophete verba tibi dirigere? Deum te ipsofam elegisse sibi in ipso etatis tuae flore? Adhuc adolescentie tuae, in qua aliquam deprehendi in bonum proclivitatem, et cujus metuenda mihi eret, par facilis in mundanae vitae placitis sequendis, fecit, ut eas praevertentem insidias, quas tibi mundus fruebat: **Recordatus sum tui.** Non oblitus sum tui hoc tempore, quod innocentie, virtutisque fatiale erat. Non ideo tamen aliarum oblitus sum; misericordiae meae suus omnibus patet; sed tui praesertim recordatus sum; periculum, quod subibas, meam excitavit miserationem. Linqere potuisses, te in corruptas saeculi vias decurrere cum protectionis meae gratia, quemadmodum cum his, qui mundum sequuntur, facere consueco; sed praevidi, te illis abuturam, quemadmodum alii abutuntur. Satis mihi esse poterat, tibi in adeo periculoso certamine ferre opem; sed credidi utilius esse, te illi nequaquam obicere. Juxta universalis providentiae consilia satis erat commune tibi ad bene vivendum in mundo prebere gratias; sed id non satis tutum erat, ut ea, quae mihi de te proposui, se sententia evenirent. Poteram immittere tibi cogitationes te te recipiendi, postquam diutius in viis saeculi evagata fuisses, teque poenitentiam servare; sed credidi me quidem dignius esse, tibi vero utilius, te a lapsibus praeservare, atque per puram, integramque vitam te in salutis portum inferre: **In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.** Jerem. 31. Amor, quo te prosequor, nullam patitur interruptionem, & quemadmodum nunquam incepti, ita nunquam finem habiturus est: **Ideo attraxi te.** Ecce cur consilium ceperim te ad me trahendi eo tempore, quo praevidi futurum esse foras, ut me coeres, ne diligerem te: **Ideo attraxi te miserans.** Si minus zelassem cordis tui possessionem, illud tradidisset omnibus cupiditatibus, quas saeculum tibi inspirare potuisset; non attraxissem te, non acriter adeo te sollicitassem, neque inter ipsas voluptates tuas in cor tuum amaritudinem effudissem, neque peperissem in te mundi contemptum, soli ordinis vero cupiditatem. Timui, ne mihi elabereris, ideo attraxi te. P. Chemnais tom. 1. *Sermo pro Religiosa professione.*

**Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.** Plal. 44. Non satis est animae religiosae sese in domo Domini clausisse, sibi legem irrogasse non revertendi corpore in mundi vias: aliam sibi de-

bus cultui in religionis statu devotere.

Quantum debeat Deo, qui ipso xianis flore ad Religionem vocatus sit.

Qui Religionem ingrediuntur, omnium cogitationum & assiduum debent oblitescere.

